



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R.P. Lvcae Pinelli, Societatis Iesv Meditationes De  
Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, Et præparatione ad  
sacram communionem**

**Pinelli, Luca**

**Coloniæ Agrippinæ, 1603**

Historia De Mariae Profectione ad montem Caluariæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59560](#)

260 PINELLI  
3. Contemplantur quomodo MARIA,  
ilico se in viam dederit Hierosolymam  
versus, offerens se, si ita Patri caelesti pla-  
cuisset, ad mortem pro, vel cum IESV per-  
ferendam: quādoquidem viuere sine IES-  
V erat illi loco continuæ & acerbæ mor-  
tis.

DOCUMENTA.

1. Si MARIA ex Christi discessu tan-  
tope r̄ afflita fuit: quam afflita erit mi-  
sera anima, à qua Christus discedit p̄  
peccatum.
2. Fili, disc à Maria, si quando tristis  
nuncius ad te affertur, non indignari, ne  
desperare.
3. Si viuere absq; IESV, est quoddam ac-  
cum mortis, quid erit viuere in peccato mor-  
tali quod est viuere contra IESVM?

HISTORIA DE MARIAE PRO-  
fessione ad montem Calvarie.

Bonauen-  
tura in me  
dit.

MARIA Virgo, ut ingressa est Hie-  
rosolymam, inuenit eam totam  
à Scribis & Pharisæis persuasum erat Ie-  
sum esse malefactorem & morte dig-  
natum, in omnibus vrbis plateis, quas tra-  
nsibat, dum iter haberet ad montem Cal-  
variae, coacta est audire infinitas contu-

## MEDITATIONES.

261

melias, & execranda maledicta in filium  
suum cōiecta Quantū verò MARIA per-  
pesa sit hoc die, qui fuit feriæ sextæ, Sācti  
Patres varijs declarant similitudinibus. **b** de fid. ore  
Damascenus **b** scribit Mariam tempore **L. 4 c. 15.**  
passionis eam acerbitatem dolorum per-  
pessam, quam non perpesa est in partu **c tract. de**  
**fili.** Et Bernardus **c** ait: Quod clavi, alia **compas. B.**  
que instrumenta eff. cere in carne CHRI Virg.  
STI, id compassionem maternam effe-  
cisse in Virginis mente. Eusebius **d** & **d in Luc.**  
Beda **e** afferunt, dolores passionis Domi- **ca. 2.**  
ni, velut gladium acutum à Simeone p. æ **e ibid. &**  
dictum, ad ipsum Mariæ cor penetrasse. **Can. de B.**  
Vnde Anselmus **f** Bernardus **g** Alphon- **Maria, l. 4**  
sus **h** & ali jaffirmant Mariam fuisse mar- **c 22. & 26**  
tyrem imò plus quam martyrem. **f li de exc.**  
**B. Mariæ.**

5.

1. Contemplare, quomodo MA- **gin serm.**  
RIA iter illud, continenter lachry- **Signū ma-**  
mando, confecerit, & ingressu Hiero- **gnū.**  
mam cognorit, quantis iniurijs filius **b Serm. 2.**  
suus affectus fuerit, ac proinde totidem **Virg. aſſe.**  
doloris gladij animam eius penetrarint.  
2. Contemplare, quomodo indolue-  
rit, dum intellexit non solum à nemine  
innocentiam IESV defensam, cum tot  
benificijs tot homines affecisset, sed eti-  
am à suis discipulis derelictum.

3. Con-



3. Contemplare deinde, quantus MARIAE cruciatus fuerit, in ascensu montis Caluariae audire ictus carnificum claudit filium affigentium cruci.

## DOCUMENTA.

1. Fili, disc à MARIA, quomodo tegere debeas in tribulationibus. Primum non debes execrari creature, à quib. damnum vel iniuriam pateris. sicut nec

scutores mortis Christi.

2. Nec debes conqueri vel de sorte tua, vel de Deo quod permiserit, sed eum fratum pro anima tua inde colligere, quem Deus ipse propositum habet.

3. Et si crucem aliquam sentias aut molestiam, tamen voluntate, qua in parte superiore, manet libera, age Deo gratias pro tribulatione tibi inamissa.

## HISTORIA DE MARIA QUANDO vidit CHISTVM in cruce.

*a Iohann. c. 19* MARIA, acum montem Caluarie ascendisset, vidi filium suum inter duos latrones crucifixum. Eam vero oculis in se defixam, manantibus ad tam insite spectaculum lachrymis, ex compassione IESVS è cruce respexit, & demonstravit loanne discipulo suo, dixit: Mulier ecce filius tuus, deinde ad discipulū dicens: Ecce mater tua. Anselmus scribit b eam

